BENEDICTUS PP. XIV.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Modernus Provincialis Provinciae Poloniae frum Ordinis Praedicatorum, quod alias Indulgentia Plenaria, et peccatorum remissio oibus, et sglis utriusque Sexus Christifidelibus quorumlibet Conventuum dti Ordinis Ecclias die festo S. Vincentii Ferrerii visitantibus, certaque opera pia tunc praescripta peragentibus sub certis modo, et forma tunc expressis Aplica Auctte perpetuo concessa fuit. Cum autem, sicut eadem Expositio subiungebat Eccliā S. Dorotheae Virginis et Mris Conventus Petricoviensis frum eiusdem Ordinis, et Provinciae Gnesnen Dioecesis a Christifidelium illarum partium die festo huiusmoi S. Vincentii Ferrerii minus frequentetur; Nobis propterea Exponens ptus humili supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Aplica dignaremur. Nos igr supplicationibus dti Moderni Provincialis nomine Nobis super hoc humili porrectis inclinati, Indulgentiam plenariam die festo S. Vincentii Ferrerii, ut ptur concessam ad secundam Dominicam immediate sequen post festum Paschatis Resurrectionis Dominicae quoad Ecclam S. Dorotheae Conventus Petricoviensis huiusmoi dumtaxat, ita ut Christifideles vere poenitentes, et confessi, ac Sacra Commne refecti, qui de caetero eandem Ecclam secunda Dominica immediate sequen post festum Paschatis Resurrectionis Dnicae, ut supra visitaverint, aliaque praemissa peregerint, eandem Plenariam Indulgeam omnium peccator suorum, et remissionem consequantur, quam consequerentur, si ipso die festo S. Vincentii Ferrerii Ecclam huiusi visitarent, servata tamen in reliquis litterarum super concessione huiusmoi emanatarum forma, et dispositione, Aplica Auctte tenore ptium etiam perpetuo transferimus. In contrium facien non obstan quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris Die XXVI. Septembris MDCCL.

Pontus Nri Anno Undecimo.

Pro Dno Cardli Passioneo
Joannes Florius Substitutus.

Translatio Solemnitatis
S. Vincentii Ferrerii
cum Indulgentiis ad
Dominicam Primam imme=
diate sequentem post Fe=
stum Paschatis Resur=
rectionis Dni N. Jesu
Christi perpetua per
BENEDICTUM XIV.
1750.

Repertorium fuit factum
Anno 1654 et 1677.
Tota [illegible] conflagra-
verat Anno 1611. Et
1786 Die 8 9bris
excepto [illegible]
ab [illegible]
est descriptum
in Registris 1787.

Nos Adamus Ignatius de Lyskowo et Brawa Komorowski Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus Gnesnensis Legatus natus Regni Poloniae et Magni ~~Ducatus~~ Lithuaniae
Primas Primusque Princeps.
Universis et singulis quorum interest significamus. Quia nos visis et lectis introcontentis S. Sedis Apostolicae Literis sanis salvis et illaesis easdem juxta vim robur et continentiam
ipsarum admisimus, et quatenus in Ecclesiis hujusmodi translata indulgentia coram Populo ad Divina audienda Congregato publice ex ambonis denuncietur Au-
thoritate Ordinaria facultatem et licentiam dedimus. In quorum fidem Datum Lowicii die ultima mensis Julii Anno Dni 1751mo.
Michael Alwedyk Cans. Gnesn.
Canc. Srmi. Auditor Gnlis. et Judex